Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Legrand, Zygomalas, σελ. 90-91.

Καντακουζηνός

Μιχαήλ

Ὑπό τοῦ Legrand δημοσιεύεται ἐκ τοῦ cod. Tybingensis Mb 37, fol. 28-3 συνοδική πρᾶξις κατά τοῦ οἰκουμ. πατριάρχου Διονυσίου Β' (Νοέμβρ. 1547), ἐν συνεχείᾳ τῆς ὁποίας ἐκδίδεται τό ἑπόμενον ἐπί τοῦ κώδικος σημείωμα:

Annotatio ad illas synodicas litteras

Intelligitur patriarcha Dionysius (quem secuti sunt Ioaseph, Metrophanes et Hieremias) qui Metrophanem, metropolitam Καισαρείας, legatum Venetias misit ad colligendam pecuniam. Hic vero est Romam ad papam profectus, ejusque pedes deosculatus promisit unionem orientalis ecclesiae cum romana. Quod cum clerici et nobiles Constantinopolitani rescivissent, contra Dionysium patriarcham et legatum ./.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ejus Metrophanem, coegerunt synodum, praesentesque litteras contra latinizantes confecerunt. Cum autem Dionysius se purgasset quod inscio se Romam profectus esset Metrophanes, hic solus destitutus et excommunicatus est. Post 7 vero vel 8 annos Metrophanes in notitiam et familiaritatem veniens Michaelis Cantacuzeni, crebris muneribus ipsum afficiens, per eum obtinuit id consortium Ecclesiae recipi et excommunicationis vinculo solvi. Nec id tantum, sed etiam patriarchae honores consecutus est. Cum enim Joasaph patriarcha in nonnullis resisteret Cantacuzeno, pro libidine in ecclesia graeca dominari volenti, tandem qualicunque contra ipsum inventa causa (quod scilicet domum quandam patriarchatus in Creta contra canones vendidisset et

./.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Legrand, Zygomalas, σελ. 90-91

Καντακουζηνός

Μιχαήλ

(2)

In creatione metropolitarum pecuniam accepisset: quae tamen consensu totius collegii fecerat) depositus est, eique suffectus Metrophanes, qui Cantacuzeno singulis annis 2.000 ducatorum de bonis ecclesiae pependit. Qui cum tandem 4.000 peteret eaque Metrophanes dare recusaret, depositus est et constitutus hodiernus Hieremias.

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ